

## Exempla alia.

Matth. 22. 17. Licetne census dare Casari, an non?

Mar. 3. 4. Licetne Sabbatho benefacere? an non?

Luc. 7. 19. Tunc es ille qui venturus est, an alium expectemus?

Luc. 11. 19. Si ego in Beelzebub ejicio demonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

1. Cor. 10. 15. Ut peritis loquor, judicate vos quod dico. Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne est communio sanguinis Christi?

1. Cor. 12. 1. 2. De spiritualibus donis, fratres, nolo vos ignorare. Scitis quod gentes eratis, & ad idola muta abripiebamini, &c.

Cic. pro Quint. Ego pro te nunc hoc consulo, post tempus in aliena re quod tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quero abs te C. Aquili. L. Luculle, P. Quintili, M. Marcelle, vadimonium mihi non abiit quidam socius & affinis meus, qui cum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit: postulone à Praetore, ut ejus bona mihi possidere liceat: an cum Roma domus ejus, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem? quid est quod hac tandem de re vobis possit videri? Profecto si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit. si consulamini, quid sitis responsuri: primum expectare, deinde si latitare ac diutius ludificare videatur, amicos convenire, quaerere quis procurator sit, demum denunciare: dici vix potest, quam multa sint, quae respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam ac necessariam devenire.

Verr. 7. Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse aut praedam expectatis aliquam: nolite usquequaque eadem quaerere, in metu belli, furandi quis locus potest esse? etiamsi qua fuit in hac re furandi occasio, ut aeternissima est. Tum potuit à Leonida numerum aliquid auferre, cum denunciavit ut adesset; fuit nundinatio aliqua, & isti non nova, ne causam diceret: etiam alter locus, ut absolveretur, damnatis quidem servis, quae praedandi potest esse ratio? produci ad supplicium necesse est: testes enim

dnm  
 spien  
 múf  
 ita p  
 pect  
 hil r  
 mod  
 qua  
 mni  
 cium  
 min  
 diti.  
 P  
 coad  
 tuar  
 rus  
 I  
 re.  
 quic  
 cum  
 P  
 temp  
 V  
 cienz  
 V  
 men  
 I  
 mu  
 per e  
 ta?  
 I  
 enin  
 stro  
 arm  
 ro c  
 bea